



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Instructio practica ...**

De Horis Canonicis Juxta Rubricas Breviarii Romani ritè recitandis - In qua etiam ipsæ Rubricæ Notis brevibus illustratæ, & Martyrologij Romani nomina suis Accentibus signata continentur, Ad Faciliorem Discentium Vsvm Ac Praxin

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1676**

Tit. XXXVII. De Officio parvo B. Mariæ & alijs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48333](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48333)

ram, quando subsequitur cum Officio diei Officium Defunctorum, vel septem Psalmi Pœnitentiales, aut Litanæ, præterquam post Completorium, in quo semper dicuntur, etiamsi prædicta subsequantur: neque etiam dicuntur, quando post aliquam Horam immediatè subsequitur Missa. Dicuntur autem flexis genibus (præterquam in diebus Dominicis, à primis Vesperis Sabbati, & toto tempore Paschali) Hebdomadario tamen ad Orationem stante.

TITULUS XXXVII.

DE OFFICIO PARVO B. MARIE  
& alijs.

I. DE Officio parvo B. MARIE, de Officio Defunctorum, de septem Psalmis pœnitentialibus & Litanijs, & de Psalmis Gradualibus, quando & quomodo tam in Choro, quàm extra Chorum dicenda sint, habentur suis locis propriæ Rubricæ circa finem Breviarij.

II. Tempore Paschali in Officio parvo B. MARIE, quod dicitur in Choro, non additur *Alleluja* Antiphonis, neque Versibus, neque Responsorijs.

TITULUS XXXVIII.

DE TABELLIS OCCURRENTIÆ ET  
CONCURRENTIÆ.

I. EXcogitatæ sunt hæ Tabellæ eo potissimum fine, ut citius & facilius inveniatur, quid in occurso & concursu circa dispositionem & ordinationem Officij sit observandum; neque laboriosè ad ipsas semper Rubricas perlegendas sit recurrendum. Ut autem hunc finem Lector obtineat, tria